

Attende Dómi-ne, et mi-se-ré-re, qui a peccá-vimus ti-bi. R/. Atténde

1. Ad te, Rex summe, ómni-um Re-démptor, ócu-los nostros sublevámus
 flentes: exáudi, Christe, suppli-cántum pre-ces. R/. Atténde 2. Déxte-ra Patris, la-pis
 angu-lá-ris, vi-a sa-lú-tis, jánu-a cæ-lé-stis, áblu-e nostri má-cu-las de-lí-cti:

VIII G

Ad-iuva me, * et salvus e-ro, Dómine.

Beati qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti mandata tua, custodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justifications tuas.

Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

Justifications tuas custodiam; non me derelinquas usquequaque.

Hymn.

1.



Esu dulcis memó-ri- a, Dans vé-ra córdis gáu-
di- a : Sed super mel et ómni- a, Ejus dulcis praesén-
ti- a. 2. Nil cáni-tur su-ávi- us, Nil audí-tur jucúndi- us,
Nil cogi-tá-tur dúlci- us, Quam Jésus Dé- i Fi-li- us. 3. Jé-
sú spes paeni-téntibus, Quam pi- us es pe-téntibus! Quam
bónus te quaeréntibus! Sed quid inveni- éntibus? 4. Nec
língua vá-let dí-ce-re, Nec lítte-ra expríme-re : Expér-
tus pót-est créde-re, Quid sit Jésum di-líge-re. 5. Sis Jésu
nóstrum gáudi- um, Qui es futúrus praémi- um : Sit nó-
stra in te gló-ri- a, Per cúncta semper saécu-la. Amen.

I

Rux fi-dé-lis, inter omnes Arbor una nó-bi-lis:
 Nulla silva ta-lem pro-fert, Fronde, flo-re, gérmi-ne:
 * Dulce lignum, dulces clavos, Dulce pondus sústi-net.

Pange, lingua, gloriosi proelium certaminis / et super crucis trophyae dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

De parentis protoplasti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morte morsu corruit, ipse lignum tunc notavit, damma ligni ut solveret.

Hoc opus nostrae salutis ordo depoposcerat, multiformis perditoris arte ut artem falleret et medelam ferret inde, hostis unde laeserat.

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce patris natus orbis conditor atque ventre virginali carne factus prodiit.

Flecte ramos, arbor alta, tensa laxa viscera, et rigor lentescat ille quem dedit nativitas, ut superni membra regis mite tendas stipite.